



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Qualiter male accusantes sint puniendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ritas tribus modis detegitur. Aut enim calumnian

Art. 1. huius
quasi.

Respon. Dicendum, qd sicut * dictum est, accusatio ordinatur ad bonum commune, quod intendit per cognitionem criminis. Nullus autem debet nocere alicui iniuste, ut bonum commune promoueat: & ideo in accusatione duplici ratione contingit esse peccatum. Vno modo ex eo, qd aliquis iniuste agit contra eum, qui accusatur, crimina falsa ei imponendo, quod est calumniari. Alio modo, ex parte reipublicae, cuius bonum principaliter intenditur in accusatione, dum aliquis impedit malitiose punitionem peccati. Quod iterum dupliciter contingit. Vno modo fraudem in accusatione adhibendo: & hoc pertinet ad praeviationem. Nam praeviator dicitur quasi varicator, qui aduersam partem adiuvat, prodita causa sua. Alio modo, totaliter ab accusatione desistendo, qd est tergiversari. In hoc enim quod desistit ab hoc quod coeperat, quasi tergum vertere videtur.

Ad Primum ergo dicendum, qd homo non debet ad accusationem procedere, nisi de re omnino sibi certa, in qua ignorantia facti locum non habeat. Nec tamen qui falsum crimen alicui imponit, calumniatur, sed solum qui ex malitia in falsam accusationem prorumpit. Contingit enim quandoque ex animi leuitate ad accusationem procedere, quia scilicet aliquis nimis faciliter credit, quod audiuit: & hoc temeritatis est. Aliquando autem ex iusto errore mouetur aliquis ad accusandum, quae omnia secundum prudentiam iudicis debent discerni, ut non prorumpat eum calumniatum fuisse, qui ex leuitate animi, uel ex iusto errore in falsam accusationem prorupit.

Ad Secundum dicendum, qd non quicumque abscondit vera crimina, praevariatur: sed solum si fraudulenter abscondit ea, de quibus accusationem proponit, colludens cum reo, proprias probationes dissimulando, & falsas excusationes admittendo.

Ad Tertium dicendum, quod tergiversari est ab accusatione desistere, omnino animum accusandi deponendo non qualitercumque, sed inordinate. Contingit autem aliquem ab accusatione desistere ordinate absque vitio dupliciter. Vno modo in ipso accusationis processu, si cognouerit esse falsum id, de quo accusauit, & si pari contentu se absoluit accusator, & reus. Alio modo, si princeps, ad quem pertinet cura boni communis, quod per accusationem intenditur, accusationem aboleuerit.

ARTICVLVS IIIII.

Utrum accusator, qui in probatione defecerit, teneatur ad penam talionis.

4. di. 41. art. 5. q. 2. ad 1. Et quod. 11. arti. 13. enr.

Ad Quartum sic proceditur. Videtur, quod accusator, qui in probatione defecerit, non teneatur ad penam talionis. Contingit enim quandoque aliquem ex iusto errore ad accusationem procedere, in quo casu iudex accusatorem absoluit, ut dicitur * 2. quaest. 3. non ergo accusator, qui in probatione defecerit, teneatur ad penam talionis.

* 2. q. 3. cap. Si quem pernituerit.

¶ 2. Praet. Si poena talionis ei, qui iniuste accusat, sit iniungenda, hoc erit propter iniuriam in aliquem commissam: sed non propter iniuriam commissam in personam accusati, quia sic princeps non posset hanc poenam remittere: nec etiam propter iniuriam illatam in rempublicam, quia sic accusatus non posset eum absolueret. ergo poena talionis non debetur ei, qui in accusatione defecerit.

¶ 3. Praet. Eidem peccato non debetur duplex poe-

na, secundum illud Naum. 1. Non indicabitur in ipsa: sed qui in probatione defecerit, non remittitur, secundum illud * Geasij 2. pp. quam animas per poenitentiam saluare potest: infamiam tamen aboleret non possimus, nec teneatur ad poenam talionis.

Sed Contra est, qd * Adrianus Pappadrius pbauerit qd obicit, poenam qua intrat, ipse peccator est, accusator in causa accusationis committens intendens ad poenam accusati. Ad iustitiam pertinet, ut inter eos iustitia aequalitatem tuar. Iustitia autem aequalitas hoc requirit mehtum quod quis alteri intrat, ipse peccator intendens ad poenam accusati. Ad iustitiam pertinet, ut inter eos iustitia aequalitatem tuar. Iustitia autem aequalitas hoc requirit mehtum quod quis alteri intrat, ipse peccator intendens ad poenam accusati. Ad iustitiam pertinet, ut inter eos iustitia aequalitatem tuar. Iustitia autem aequalitas hoc requirit mehtum quod quis alteri intrat, ipse peccator intendens ad poenam accusati.

Ad Primum ergo dicendum, quod sicut philosophus dicit in 3. Ethico. In iustitia non semper petit contrapassum simpliciter: quia mittit, an aliquis voluntarie, uel inuoluntarie datur. Voluntario autem debetur poena, licet iustitiam debeat uenia: & ideo quando inuoluntarie uerit aliquem de falso accusate non volens cendi, sed inuoluntarie propter ignorantiam isto errore, non imponit poenam talionis.

Ad Secundum, qd ille qui male accusat, contra personam accusati, & contra rempublicam. Vnde pp utrumque punitur. Et hoc est Deut. 19. Cumque diligentes sumus perferimus, non inuenimus falsum testem dixisse contra fratrem mendacium, reddent ei sicut frater suus trauit: qd pertinet ad iniuriam personae. Et postquam ad iniuriam reipublicae subditur. Et ab eo de medio tui, ut audientes ceteri timore, & nequaquam talia audeant facere. Si uero inuenimus personam accusatam facit iniuriam, & contra rempublicam, si innocens fuerit, & ideo accusatus, si innocens fuerit, iniuriam suam remittere, maxime si non accusauit, sed ex animi leuitate. Si uero non innocens desistat propter aliquam causam cum aduersario, facit iniuriam reipublicae, potest ei remitti ab eo, qui accusat, & remitti per principem, qui curam reipublicae habet.

Ad Tertium dicendum, qd poenam talionis accusator in recompensari non debet, sed poenam inferre intendit: sed poenam inferre intendit propter malitiam, ex qua calumniae committitur. Et quandoque quidem princeps peccatum aboleret infamiam: unde dicitur * Papa Gregorius infamiam aboleret. Et qd dicitur * Papa Gregorius infamiam aboleret non possumus, intelligitur infamiam facti, uel quia eam aboleret aliquis expedire: uel etiam loquitur de infamia in iudicem civilem, sicut dicitur * Quarta...

QVAESTIO LXX.

De peccatis, quae sunt contra iustitiam, in quatuor articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de peccatis, quae sunt contra iustitiam ex parte rei.